

Romae (VI 5554 vidit Henzen). — 1) *Vir egregius.* — 2) *Cf. X 2244: si quis boluerit bel bendere bel donare bel feduciare.* — 3) *Cf. VI 10876 = Orell. 4509: si quis eorum vendere aut donare voluisset, [t]unc fisco domi[norum nostrorum]*

8234 [h]ic sum posita Aurel[iana, vixi] ann. XXVIII me. II d. XXVII. Nata in urbe sac[ra, | pe]reginata Italiam et [provincias], debitum reddidi Nicomedia et hic transl[ata | ab] dulcissimo mihi coiun[ge Euarist]o Aug. lib. Ut vos, viatores, legendo, sciantis (*sic*), q[ua | pi]etate ac castitate cum eo [vivens tal]i merito hoc meruerim, in hoc sarcophag[o | cum] ammissus fuerit Euarist[us dulcissi]mus coiunx meus, nemini licere neque aperir[e neq. | tr]ansferre neque de con [m]unimenti aliquit de marmoribus minus fa[ccere; | c]ontra quae siquit [quis fecerit], dabit fisco X \bar{X} , rei p. Firmanorum [X \bar{V} | et rei p. R]iciniensium X \bar{V} .

Auximi in Piceno (IX 5860 fragmenta duo, fortasse semel tantum sed accurate descripta saec. XVI, coniunxit Ph. Eug. Mecchi).

8235 Aelia Decorata in me[moriam Isionis b. m. mariti una | cum Sextilia Laurina nuru sua cubi|culum superiorem ad confrequen|tandam memoriam quiescentium sibi | suisque et posteris eorum extruxerunt. | Tabernula autem cum suis superioribus | nullo modo ab hoc loco sacro et religio|so ob tutelam obitorum separari poterit. Quod | si adversus ea aliqui inrumpere temptaverint, | inferent singuli rei p. Puteolanorum HS $\bar{L}\bar{L}$ (*sic*) m. n., | sic ut et foris in titulo scriptum (*sic*) continetur | in nomine Eucherior. nepotor. (*sic*), reditum autem | terrulae et aedificii in refectionibus cubi|culorum sacrorum et aedificii s. s. super|stites erogare curabunt.

Puteolis, iam Neapoli (X 2015 vidit Mommsen).

8236 C. Iulio C. f. Puteolano adlecto in | ordine decurion., qui vixit ann. | XVII mensib. VI dieb. XXVII. | C. Iulius Maximus pater sedem aeternam | karissimi filii dis manibus consecravit. | Hoc sepulcrum si quis vendiderit vel | abalienaverit, dare debbit reipublic. | Puteolanorum poenae nomine IS $\bar{X}\bar{X}$ mil. n.

Puteolis, iam Neapoli (X 1804 vidit Mommsen).

8237 in quem¹ induxi sarcophagum; | in quem dum receptus (*sic*) fuerit corpus meum, numquam ullo liceat acced|ere neque aperire et vexare ossa mea, | neque filius neque nepotes neque de ad|finitate ullus; si quis autem ausus fuerit | infringere vel aperire, inferet poene nomi|ne reipub. C.² folles mille. Sane Nevia | Prisca si permanserit usque in diem fi|nitionis sues, recipietur ibi iuxta maritum suu[m].

Compsae (IX 984 vidit Brunn). — 1) *Intellege: in quod (monumentum), vel simile quid. Apparet quaedam praecessisse, fortasse in alio lapide (in quem olim lectum inde a saec. XV, i . . em agnovit Brunn).* — 2) *Compsinorum.* — 3) *Adde*